Monseigneur

283

No. 50.

Anteriores meæ literæ ad Illmam vestram Excellentiam exaratæ, Statum negotiorum tam Curlandiæ, quam etiam Gedanensis pecuniariæ præter, lapsi termini festi S. Joannis, ita sufficienter omnia jam exposuêre, ut eorum repetitione molestare haud velim, verum expectando proximis benevolam Illmæ vræ Excellentiæ responsionem, denuò quam instantissimè rogo, Sacræ Regiæ Majestati Domino Nostro Clementissimo, negotium præterlapsi termini S. Joannis pecuniarium, taliter remonstrare ac efficere Illma vra Excellentia dignari velit, quo tandem assignatio ad Magistratum Gedanensem super exsolvenda hærre mihi ducenta millia florenor: prutenicat: transmittatur mihi Consiliano Schiller, qui dicit, comemorasse istius pecuniæ apud Præsidentem hujus loci et sperare ejusdem exsolutionem, verum necdum se habere quietationem ac ordinationem Regiam, Injungatur ut exsolutionem apud Magistratum urgeat, ac documenta ex parte Regia

284

extradantur mihi, quandoquidem à me omnia sunt facta
quæ tantummodò desiderabant. Devinctissimum sibi me
faciet Illmā Vrā Excellentia veloci suo benigno respon
ac insimul si traditæ meæ præterita hyeme literæ D.
Cieboski, Illmæ vestræ Excellt: ad manus pervenerint.
Cujus constanti affectui dum me, ac negotia mea, ...
riori prævalenti comendo promotioni, coeterum cum
apprecatione bonæ valetudinis cunctæq. prosperitat
officiorum reciprocorum promptitudine, incessanter man

Monseigneur

de Votre Excellen

le tres humble tre
oblige serviteur

Gedani die 8. Julij.
aō 1711.

Ferdinand ...

286.

Dux Curlandiæ 11. Junii